ſũmitatibus terræ.⌋licet viri futuri euãgeli
ci & euãgelizatores⌊egredianť de gẽte in gẽ
tẽ:⌋& populo ſcelerato ad cõuertendas gen-
tes incredulas/& errore ſubuerſas: tamẽ ipſi
dum ſe in pœnitẽtia afflixerint:alios quoq;
dignos afflictione & correctione dictabunt.
¶ Vel certe qa gñalis erit afflictio populo
rum tam a mundo ꝙ a populo barbaro de-
ſignato in aſcendente beſtia ex abyſſo.⌊Tur Apo
bo⌋ẽt nõ minus⌊a ſummitate terræ⌋prum- ca.18
pet.i.ab eccleſia Romana turbantẽ oĩa. Vel
potius imperiali faſtigio⌊in terræ ſummita
tibus⌋deſignato.⌊Terra⌋theutonica eſt:⌊ſũ
mitates⌋principes eius a quibus turbabitur
populus eccleſiaſticus velut⌊a regibus aqui-
lonis⌋poteſtatibuſq; ſupbis.⌊Et erũt inter-
fecti dñi in die illa a ſũmo terrę vſq; ad ſum
mum eius.⌋¶ Moralr. Doctores veritatis
interficiũt aĩas peccatrices gladio ſpũali: vt
vita viuant in pnĩa:pſecutores cultus eccle-
ſiaſtici/qn potius ſubuerſores⌊interficiunt⌋
indiſcrete.i.affligunt iuſtos pariter & iniu- Ioã.
ſtos:putãtes ſe obſequiũ præſtare deo ſup- 16.
bientes in mundo.⌊A ſummo(inquit)terræ
vſq; ad ſũmũ eius:⌋qa terra eccleſiaſtici pla-
ti & mũdi pricipes corruẽt in ſpũali gladio
& carnali.⌊Non plangenť & nõ colligentur
neq; ſepelientur: in ſterquilinio ſuper faciẽ
terræ iacebunt.⌋Plangit qui vere pœnitet:

ſed[non plangitur]qui delinquit:[vterq; in ſterquilinio iacebit].ſ.cupiditatis & vilitatis. Cupiditas ad carnalem: vilitas ad ſpiritualem ſpectat. [Iacet ergo in ſterquilinio] prælatus impius: dum vel efficitur temporalium cupidus: vel redditur in peccatis carnis & ſuperbiæ obſtinatus. [Vlula e paſtores & clamate: & aſpergite vos cinere optimates gregis: quia completi ſunt dies veſtri: vt interficiamini & diſſipentur domus veſtrę: & cadetis quaſi vaſa praeciosa. Prouocant ad pœnitētiā rectores eccleſiæ: vt[vlulent]ingemiſcendo: [clament] prædicando: [ſpergantur cinere]humiliando: vt eos culpa nō polluat: quos ſpūalis pœna caſtigat. [Si cōpleantur dies]vanę lętitiæ: & ꝓſperitas opulētię terminatur: quid nititur homo miſer ducendus in babylonē pompatice ſuperbire? Superbia prę latorum ruenda eſt & gloria corruenda: vt vel interficianť aliqui ex eis: vel a republica ſint vomēdi. Cum eccleſię eoꝝ & domus diſſipandę dicanť a terrenis redditibus: & ipſi [velut vaſa preciosa cadendi] in fauces/ & deſideria perſequentis: peribit fuga a paſtorib⁹[& ſaluatio ab optimatibus gregis]. Si[paſtores] ſunt prælati & epiſcopi[optimates gregis] rectores conuentuum & priores profectio eoꝝ fiet velut in imperii ſagena concluſio: ac per hoc &[fuga pereat/ & ſaluatio]condemnetur. [Vaſtauerunt enim paſcua eoꝝ].ſ.redditus praelatoꝝ: [& conticuerunt arua pacis].ſ.religioſorum monaſteria prædabunť. [Dereliquit quaſi leo tabernaculum ſuum: & facta eſt terra eoꝝ in deſolationem a facie ire columbę & a facie ire furoris dñi.] Poſt diminutos redditus eccleſiarum & ſcripturatum paſcua in epiſcopis areſacta: diſſipataq; ſilētia monachorum & ſtipendia: velut[leo rugiens tabernaculum ſuum dereliquit] Romanæ eccleſiæ. Dñs reſurgit vt deſoletur: & affligať in ea etiā generalis eccleſia in toto orbe diſperſa: non tam per principes reipublicæ: q̃ etiam per barbaras & hæreticas nationes. Columba enim felle carens/iram habere pręſcribitur: vt intelligatur ꝙ ſpiritus domini & benignus manſuetis eſt & furibundus elatis. Ira ergo[columbæ]eſt velut zelus ſpiritualium / vel perſecutio tyrannorum.

Nota

Sup/bia p̄ lato/rum; ruen/da.

## Capitulum. xxvi.

I[N principio regni Ioachim factū eſt verbum domini ad Hieremiam/ dicēs. Sta in atrio domus domini / & loqueris ad omnes ciuitates iuda &c̄. Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant & conuertantur vnuſquiſq; a via ſua mala: & peniteāt me mali: quod cugitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.] Nota ꝙ Hieremias omnes doctores illos ſignificat qui a tempore Paſcaſii papæ capti a duce Normano, & vſq; ad tempora noſtra fuere qui populum monuerunt pœnitentiam agere: & in mandatis domini ambulare. Futuri enim doctores qui in proximo ſunt venturi non habent concordiam cum Hieremia: ſed cum Ezechiele & Daniele: ſingulus cum ſingulo ſpiritualiter. Aľ. Allegorice tam Hieremias q̃ alii indifferenter ad viros ipſos euangelicos prædicationis officium intorquent. Lego enim ꝙ duo ipſi prophetæ non in hieruſalem ſed in babylone prophetauerunt, ſic & nunc qui futuri ſunt prædicabunt in mundo populo ſcelerato & facto etiam ſub tributo: non vtiq; diebus iſtis quibus eleuatur Eccleſia & ſuperbit: ſed diebus proximis in quibus viduabitur viro ſuo Summo ſcilicet pontifice & ſpoliabitur a principe publico: Luce
vt Herodes qui Chriſtum exuit & ad Pilatum remiſit irriſum. [Atrium ergo domus 23.
domini] ſunt principes ſæculares clericorum eccleſiam fulcientes. Licet graeci ſm Apoca. intelligantur [in atrio] & latini[in domo domini] reputentur. Alloquendi vel exhortandi ſeu anumerandi tamē erant principes ſæculares ad obediendum fidei: & cultum eccleſiaſticum venerandum. Sed quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: & ſpiritus contra eam non poterunt diutius ſimul eſſe: quoniam & rete fidei ſciſſuram incurret: & virtutem vitium eneruabit. [Dabo (inquit) domum iſtam ſicut ſylo: & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.] Et ſæcularium participio & fauore principum mundanorum eccleſia viluit: & ſi aliquando in faſtum gloriæ veniēs Geſi.
calidi ſerpentis aſtutias nō attendit. Mulier 3.
(inquit)

(inquit) conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Eccleſia contriuit caput diaboli in morte Chriſti: ſed ipſa ferietur a cauda eius, ſcilicet antichriſti qui prope eſt. Comminatur ergo dominus latinæ eccleſię propter auerſiones eius ipſam euertere: quēadmodum græcorum eccleſiæ [in ſylo] ſignatę facturus eſt deus e vicino: vt intelligat illud

Pſal. 77. qd dicitur in Pſal. Repulit tabernaculum ſylo, ꝓpter errores repertos in populo græcorum & prælatis eorum: [Et audierunt ſacerdotes & prophetæ] prelati. ſ. & magiſtri: [& omnis populus] chriſtianus [Hieremiam loquentem] prædicatores vtique veritatis [in domo domini] eccleſia generali. [Morte inquiunt moriatur. Quia prophetauit in nomine dñi dicens: ſicut ſylo erit domus hæc: & vrbs iſta deſolabitur vt non ſit habitator in ea.] Prædixerat Hieremias deſolandam eccleſiam latinorum inſtar eccleſiæ grecorum: Quod quanto Cardinalibus diſplicuit ex ipſa lectione / lector agnoſcit. Verum quia [in nomine domini prophetauit:] & verba eius

Mich. 1. præcedentium ꝓphetarum ſermonibus conſona videntur: vt [Michęæ demoraſti & Vriæ filii Semei:] qui eum de principibus ratio-

Mich. 3. ne vtentibus Hieremiam a doctorum iudicio reuocarunt: inducentes illud Michææ. [Syon quaſi ager arabitur & hieruſalem in aceruum lapidum erit, & domus domini in excelſa ſyluarum]. Hic Michæas ſignificat illos doctores qui ſcripſerunt & docuerunt populum ſub Zacharia papa: qui venit in concordiam Ezechiæ: non proinde damnati ſunt a pio Rege: ſed eos humiliter audiuit: & iudicium domini non contempſit: ſed ſuperbus prælatus Paſchaſius furens in doctores, ſcilicet ſpiritualiter contra eccleſiam prophetantes / dum eos interficere & affligere miſſus eſt / ipſe traditus eſt Normanis. [Iſte Vrias fugit in ægyptum], id eſt in Franciam, a qua reuocatus occiſus eſt a Papa pręfato: & [proiectus in ſepulchrum vulgi ignobilis.] Occiſum dico gladio excommunicationis, & ſepultum ignobiliter cum abiectis pariter & prophanis. Deniq; [Aicham filius Saphan fuit cum Hieremia.] Semper dominus ſeruos ſuos ſupra poſſe tentari non ſinit, ſed facit etiam cum tentatione prouentum. Ecce iſte [Aicham] illos deſignat viros eccleſiaſticos qui doctores veritatis a morte eripiunt: dum prælatis ſuperbientibus iniuſte a gentibus contradicunt. Pri. ad corin. x.

Capitulum. xxvii.

F[Ac tibi vincula & cathenas inquit dominus ad Hieremiam, & pones eas collo tuo, & mittes eas ad Regem Edom: & ad Regem Moab: & ad Regem filiorum Amon: & ad Regem Tyri: & ad Regem Sydonis &c. Inſuper & ad beſtias agri dedi eis, vt ſeruiant illi.] [Vincula & cathenæ] ſigna ſunt captionis: & ponuntur [in collo] inſtar ſubiectionis. In hoc loco [rex Tyri] reſpicit per concordiam regem Siciliæ & terram eius. [Rex ſydonis] quoſdam principes ſæculares & terras eorum in Romanis partibus conſtitutas. [Beſtiæ agri] ſunt aut ſaraceni aut patareni. [Rex Edom] græcas reſpicit partes: id eſt ipſam Conſtantinopolitanam prouinciam & finitimas nationes. [Rex Moab] reſpicit Lombardos & terras eorum. [Rex Amon] Tuſcos & terras eorum. Quinque iſtæ prouincię pro ſeruitio facto dño & flagello de eccleſia faciēdo tradēdę ſunt & liberandæ imperio etiam. Sed ad ſuggeſtionē quorundam doctorum & pontificum in eccleſia: prouinciasq; alium exeuntes ſatagunt. Inde ſequitur.

Capitulum. xxviii.

E[T Ananias filius Azur ꝓpheta de gabaō dixit. Hæc dicit dominus. Contriui iugum regis babylonis.] Et inde ſequitur. [Et tulit Ananias propheta cathenam de collo Hieremiæ prophetæ: & confregit eam & ait. Hæc dicit dominus. Sic cōteram iugum Nabuchdonoſor regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium. Et infra. Et factum eſt verbum domini ad Hieremiā. Vade & dic Ananiæ: hæc dicit dñs. Cathenas ligneas contriuiſti, & facies pro eis cathenas ferreas:] in ſignum ſeruitutis: nec dubiū durioris. Quod autem [Anania ꝓpheta] pſeudo magiſtrum

fuiſſe[de gabaō] cardinales Romanos tan-
git:quoſ aliqui vt ſcioli de ſuperbi poten-
tiam imperii ſuadebunt q̄ totius deprimen-
dam ſoluendāq; ſeruitute gentium & regum
oium prædicatorum/quæ ſunt vaſa deriſus
dñi:& homines eccleſiæ prouinciarum prin
ceps.Futura eſt libertate ſua:ſuſcitabit dñs
[reges Babylonis] publicos principes ale-
manos & francos:vt ad terram detraherent
ſuperbiam omnis carnis:& inde referrent ſer
uitii ſui meritum:vnde Romanum capitu-
lum propter vitę ſuperbiam excipiebat aug
Hie. mentum.[Seruient(inquit)ei omnes gentes
27. & filio eius/& filio filii eius/donec veniat tē
pus terræ eius & ipſius.Et ſeruient ei multę
gentes & reges magni.Gens autem & regnū
quod non ſeruierit Nabuchdonoſor regi Ba
bylonis:& quicunq; non curuauerit collum
ſuum ſub iugo regis babylonis:in gladio &
in fame & in peſte viſitabo ſuper gentem il-
lam ait dominus:donec conſumem eos in ma
nu eius].Quod reges magni & gentes multę
colla ſubmiſerint Romano impio : hucuſq;
nullus ignorat.Si amodo neceſſe eſt vt im-
peratorib⁹ Alemanis ſuperborum colla cur
uentur : vt non ſolum reges terræ:ſed etiam
ibidē ipſi pontifices & prælati eccleſiaſtici obſe-
quentur eiſdem:[donec veniat tempus viſita
tionis eorum & terræ]idest imperii deſolan
di.Interim audi o Cæſar non meum ſed di-
uinum conſilium.Non eſt tuum vt in furore
tuo gentes tibi ſubiicias : ſed in ſpiritu do-
mini cuius ſeruus es/& cultor nequitiæ:vir-
gaq; tui furoris eccleſiam deprimas / popu-
lumq; conſumes:ſed ſic vt qui voluntate do
mini malleus terræ fias:vt ipſum per ſuper-
biam non offendas.Alioquin non relinquet
Psal. virgam peccatoris ſuper ſortem eccleſiæ fla
124. gellandæ.Quoniam tibi vel tuis poſteris
Hie. non retribuat abundanter : [donec (inquit)
27. veniat tempus viſitationis ipſius:]pro eo q̄
Dañ tuus poſterus regni facturus eſt domini vo-
5. luntate/in deprimendis populis & vaſis ec-
cleſiæ abutendis inſtar Balthaſar ſub quo
Babylon illa vetus percuſſa eſt a Medis &
Perſis exigentibus meritis nonnullorum.Vi
deat ne exardeſcat ira vltra q̄ debeat : quia
præſto eſt manus domini quæ & eum ferſat
populum eruat/imperiūq; diſperdat. ¶ Hie
remiæ tamen conſilii eſt:vt quicunq; impe-
rio nunc rebellis extiterit:depræſſionis vul
neribus non imunis exiſtat. Nam gens quæ
ſubiecerit ceruicem ſuam ſub iugo imperii & Su-
ſeruierit ei dimittam eam in terra ſua:& co- pra.
let eam & habitabit in ea:ad litterā.[Et ad 27 c.
Sedechiam regem iuda loquitur propheta
dicens.Subiicite colla veſtra ſub iugo regis
babylonis & ſeruite ei & populo eius:& vi-
uetis.Quare moriemini tu & populus tuus/
gladio/fame/& peſte:]Ponit hic Sedechiam/
prophetas/& ſacerdotes:qui nequaq̄ credere
poterant verba prophetica Hieremiæ : nec
ſubeſſe volebant imperio:ſed potius mendo
ſe populum contra imperium concitabant/
vt non ſubeant reipublicæ:ne libertatem ec- Su-
cleſiæ impedirent.Sedechias/eſt ſummus pō pra.
tifex:prophetæ , cardinales & conſultores: 27 c.
ſacerdotes/pontifices eccleſiarum & paſto-
res.Si ad cor redirent cardinales & alii ſciſ-
matis doctores / Chriſtum audirent mitem
& humilem quærerent:& antichriſto tumi-
do non hererēt.Sed ſi futura eſt eorum euer
ſio quid laboro:]Induratum eſt cor Pharao Exo.
nis/pontificum ſuperborum:infeſtant popu 2.
lum:deprauant conſilium:flagellant eccle-
ſiam:nec ſentiunt vulnera . Timendum eſt
proinde ne mare ſcilicet Romanum impe-
rium diuidatur in partes per ſcandalum : &
nullis proficiſcentibus lucidum pateat : &
aliis pereuntibus rubrum fiat . Patres enim
tui q̄dire ſceuierunt in prælatis eccleſiæ nō
ſatis ignoras.Sed ſi[baſes mare & columnæ
domus domini]ſunt ſubreptæ : putas vaſa
adhuc cætera manebunt eccleſiæ:quia in ba
bylonem non veniant & tradantur in manus
principis Romanorum :][Mare]magiſtri
ſunt:[baſes]principes: [columnæ] pontifi-
ces dicuntur.Sed[vaſa]reliqui epiſcopi & re
ctores:quos reſpublica adducet. Vnde & in
ſequentibus dicitur.

Capitulum.xxviiii.

H[Aec dicit dominus exercituum de-
us iſrael ad Achab filium Chuliæ
& ad Sedechiam filium Maaſię qui
prophetant

prophetant vobis in nomine meo mendaci-
ter. Ecce ego tradam eos in manus Nabuch-
donoſor regis babylonis:& percutiet eos in
oculis veſtris⌋.& ſequitur.⌊qui frixit eos in
igne.⌋quod ſimile præſtolatur in multis af-
fligendis:vel a teipſo vel a poſteris in impe-
rio aſſumendis.Sane ꝙ⌊Semeias neelamites
libros ſcripſit & miſit in hieruſalem falſo
prophetans⌋ſeu mendaciter quem non miſit
⌊dominus:⌋illos ſignificat/qui falſo confide
re faciunt cardinales & epiſcopos : & conci-
tant illos ad perſequendum prophetas do-
mini & doctores:ne contra eos aliquid affli
ctionis exponant. Verum quia⌊Semeias⌋in-
ceptor ſcilicet malorum repellitur:⌊& in ſæ
minę ſuo⌋ad illorum extremum inferendum
eſt : qui praua conſulunt: & principi reipu-
blicæ maledicunt:quin potius & veros do-
ctores puniunt:vel in eis ſpiritum veritatis
extinguunt.

## Capitulum. xxx.

V⌊Erbum quod factum eſt ad
Hieremiam a dño dicẽs.Hęc
dicit dñs deus iſrael . Scribe
tibi⌋.i.in poſterum memoriã
& cautelam fac . ⌊omnia ver-
ba quę locutus ſum ad te in li
bro.⌋ad litterã.Spiritualiter⌊ſcribere⌋ præ
dicare eſt: ⌊in libro⌋cordium humanorum.
Suſcitandi ſunt in eccleſia viri prophetici:
vt verba dñi prædicẽt in omni populo chri
ſtiano⌊& conuertant ad terrã⌋religionis &
pacis,qui eam cõfidenter⌊poſſideant⌋in ob-
ſeruatione pœnitentię:& hoc dicit ⌊ad iſrael
& ad iuda⌋græcos.ſ.& latinos:vel certe reli-
gioſos & clericos.⌊Q uoniam hęc dicit dñs,
Vocem terroris audiuimus:formido & non
eſt pax⌋.Infirma corda ſemel turbata de cęte
ro pauida reddunt & dubia : & iccirco pacẽ
ſuſpicantur fortitudinem/ſecuritatemq; &
terrorem : ſed nihilominus arguuntur ali-
qui vt timorem excutiant : & ad credenda
verba domini cor apponant . ⌊Interrogate
& videte:⌋diſcite & intelligite:⌊ſi generat ma
ſculus⌋.i.parit/abſit.Improbantur negligen
tes & debiles.⌊Q uare ergo vidi omnes vi-
ri manum ſuper lumbum ſuum quaſi partu-
rientis⌋adhibeant:& carnalibus operibus in
tabeſcant:cum deerunt eſſe viri perfecti & ro
buſti:parit in ſpiritu non in carne:& habere
facies lucidas conſcientię non⌊arugine⌋deni
gratas.⌊Veh quia magna dies illa:nec eſt ſi-
milis eius:tempuſq; tribulationis eſt Iacob:
& ex ipſo ſaluabitur⌋populus chriſtianus:
de quo ex cocto & vexato a tribulatione im
perii & populi agareni:reliquiæ ſalue fient:
quia & triticum purgari non poterit niſi ſi-
mul cum palea trituretur. ⌊Conteram iugũ
eius⌋ideſt imperii⌊de collo tuo⌋ſcilicet de
Romana eccleſia: ⌊& vincula eius dirum-
pam⌋duriſſimæ ſeruitutis. ⌊Et non domi-
nabuntur ei amplius alieni⌋principes ſæcu-
lares:⌊ſed ſeruient domino deo ſuo⌋Chriſto
⌊& Dauid regi ſuo⌋pontifici:⌊quem ſuſcita-
bo eis⌋in paſtorem vtiq; nõ prędonem.So-
lutio captiuitatis iſtius magis accipiẽda erit
in ſpiritu q̃ in carne:& ſi ad litteram fiat de
reliquis chriſtianis ab imperio captiuãdis.
Puto ego ꝙ in populo chriſtiano ſuſcita-
buntur paſtores & duces : qui oues recolli- Eze-
gant errabundas in peccati confuſione con- ch.
cluſas:& ducant ad mõtana hieruſalem : ad 34.
vitam vtiq; cælibem & tranquillam: in qua
paſcantur omnes & accubant:& non ſit qui
eas exterreat vel exturbet.⌊Ecce (inquit) ſer-
ue meus Iacob ſaluabo te de terra longin-
qua:& ſemen tuum de terra captiuitatis eo-
rum:⌋q olim ſeruus peccati extitit & diabo
li regis mundi.ſ.cordium mundanoꝝ : mo-
do in ſeruitutem diuinam aſſumitur: in qua
non perditur ſed ſaluatur:vt erutus de mun
di moleſtiis & carnalibꝰ ſtudiis:ac ſi⌊de ter-
ra longinqua⌋quæ nos a deo alienos efficit
& remotos ad terram cœleſtis patrię cum ſe
mine bonoꝝ operum fecunditatem repor-
tet:vt ſic bonis ęternis affluat vbi pœnas i
ferni non paueſcat.⌊Faciam enim conſuma
tionem in cunctis gentibus : in quibus diſ-
perſi te⌋.Gentes iſtæ demones ſunt:ſæcula-
res principes ſunt: motus carnales ſunt : in
quibus mens humana diſpergitur:dum ſin-
gulorum tẽtationibus incuruatur.Sed quia
pius eſt & miſericors dñs iuſtus iudex : ſic ꝑ
iniqtate corripit:vt pro pietate faciem non
auertat.⌊Caſtigabo (inquit) te in iudicio⌋

pœnitentiæ.[vt non tibi videaris inoxius]
in elatione culpæ.[Inſanabilis fractura tua
peſſima plaga tua. Non eſt qui iudicet iudi-
cium tuum ad alligandũ curationem tuam:
vtilitas non eſt tibi. Omnes amatores tui
obliti ſunt tui: teq; non quærent. Plaga ini-
mici percuſſi te: caſtigatione crudeli: ꝓpter
multitudinem iniquitatis tuæ: dura facta
ſunt peccata tua]. Eccleſiæ generalis & ani-
mæ peccatricis [amatores] ſunt vel mundi
principes: vel eccleſiaꝝ rectores: vel etiam
ſacerdotes: eiuſq; eſt [fractura] diſcordiæ &
culpæ: quæ non quęritur ad ſalutem/ ſed ad
cumulationem pœnitentię.[Inimicus eius]
eſt familiaris peſtis imperii: per quam percu
titur & flagellatur eccleſia: & crudeliter tra
ctatur in carpinalibus. Et merito: vt q̄ a[du
ra fuerat in peccatis:] durũ dei ſubiret mal-
leum in flagellis. Sed audi gratiam curatio-
nis & alligationis eius.] propterea omnes q̄
comedunt te] affligendo: [deuorabuntur] af
flictionis merita reportando: [vniuerſi ho-
ſtes tui in captiuitatem ducentur. Et omnes
qui te vaſtant vaſtabuntur: cunctoſq; præ-
dicatores tuos dabo in prædam]. In deſola
tione imperii & populi chriſtiani: etiam ipſi
[hoſtes] & perſecutores eccleſiæ punientur
& [dabuntur in prædam] & captionem aliis
venientibus de longinquo: nonnullis eorum
interim dandis gladio interfectionis & iræ:
ſalua intentione prophetæ: qui contra im-
perium dirigitur deſolandum. Puto ego prę
latos intelligi allegoricè eccleſiæ militan-
tis: qui eccleſiam ipſam in bonis [comedunt]
exterioribus: & [vaſtant] in moribus: [præ-
dantur] in animabus: & iccirco [in captiuita
tem ire] extimo reipublicæ: quos non exteret
Supra. carcerea pœna gehennæ. Supradictum eſt:
pra. q̄[migrauit Iechonias rex domina & eunu-
29 c. chi: & principes iuda de hieruſalem in baby
lonem faber & incluſor].[Rex] ſummus pon
tifex: [domina] Romana eccleſia quæ eſt in
cardinalibus: [principes iuda] epiſcopi itali
ci: [eunuchi] abbates religioſi: [faber] magi-
ſtri eloquii miſtici: [incluſi] ſophiſtici vel po
tius contemplatiui omnis ordinis & officii
capita [captiuantur:] quia non crediderunt
in deo: nec in viis eius voluerunt ambulare.
Et icc irco velut ficus malas abiiciet eos do-
minus in fauces imperii comedentis. Sequi-
tur.[Obducam enim cicatricem tuam: & a
vulneribus tuis ſanabo te]. Fœlix promiſ-
ſio vbi ſic [cicatrix] eccleſiæ animæq; [ob-
ducitur] vt non putreſcat: ſic [vulnus] cura-
tur: vt alligationis faſciam non diſcindat:
eſt enim [cicatrix] auaritiæ: [vulnus] luxu-
riæ.[Eiectam ſibi vocauerunt te ſyõ]. Quã
ti ſunt hodie in eccleſia poſiti: qui arcẽ [ſyõ]
vitam ſpiritualem & ſpeculatiuam exhorre
ant/ ſcindant/ polluant/ contemnant/ & deſe-
rant. Sed miſſurus eſt dominus qui requirat
diligat/ & reformet: vt lucerna ſuper cande-
labrum in publicum veniat: quæ inter præ-
latos pingues & tumidos ſub temporalis cõ
modi modio obtecta remanſit. Poteſt etiam
hoc referri ad generalem eccleſiam affligen-
dam: ſed conſolandam quam totius: vt ho
mines viuant in ſpiritu potius q̄ in carne.
[Ecce conuertam conuerſionem taberna-
culorum Iacob: & tectis eius miſerebor].
In [tabernaculis] eccleſiæ clericorum: [in te-
ctis] cœnobia monachorum. Inde ſequitur.
[Edificabitur ciuitas in excelſo ſuo: & tem
plum iuxta ordinem ſuum fundabitur. Et
egredieẽ ex eis vox laudis]. Aedificatio iſta
ſecundum ſpiritum accipienda eſt: quia hi q̄
ſm̃ carnem ancillę filii ſunt/ deo placere non
poſſunt. Intra exordia ſtatꝰ eccleſiaſtici ter
tii multi dedicabuntur domino: religionis
propoſito & fundabuntur in fide. Alii velut
flatibus flantibus contra eccleſiam nonnul-
lis velut fluminibus venientibus vndiq; in
atrio/ quod eſt foris gentibus deputatum. Eſa.
De ordine & fundatione electorum in pro- 54.
ximo faciendis Eſa. enunerat: qui & dicit:
in conſolatione pauperculæ tempeſtate con
uulſæ: per mundi principes & tyrannos. Ec-
ce ſternam per ordinem lapides tuos. i. in- Trẽ.
ordinate diſperſeq; viuentes. Inde. Diſper- 4.
ſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium
platearum: ad normam vitæ reducam. Fun
dabo te in ſaphiris: quorum conuerſatio fit Eſa.
in cœlis. Ponam iaſpidem propugnacula 54.
tua: defenſores vtiq; veritatis: & portas tuas

in lapides

in lapides ſculptos.i.doctores ſacra ſcriptura repletos:& terminos tuos in lapides deſiderabiles virtuoſos:filios tuos doctos a domino non homine clericos multitudine pacis filiis tuis ſpiritualibus in commune degentibus: & in iuſtitia fundaberis in laycis fidelibus chriſtianis.¶ Iuxta alium intellectum.Saphyri/apoſtoli: iaſpis/martyres: portæ/doctores:termini/virgines quaſi lapides deſiderabiles.Filii clerici:pacifici/religioſi:iuſti/chriſtiani in ſæculo pie viuentes. Nota Sane q̄a futurū eſt e vicino/vt hi qui ſecūdum propoſitū ſancti dn̄i vocabuntur p̄fectis viri præteritis:qui per quinq; eccleſiaſtica tempora fide claruerunt: & opere conformentur non poterit deeſſe faber interficiens: Eſai. 54. vt Eſa.proſequitur reipublicæ pręſes qui prunas/chriſtianos charitate feruentes in inuicem ad iracundiam prouocet: & Romanum imperium velut profundum maris ſcandalis & furiis crebris feruere faciat inquietum.Verum quia neceſſe eſt flores apparentes in terra/inter hyemis procellas & turbines proficiſci:quemadmodum filios iſrael Exo. 13. inter anguſtias maris rubri Romanum imperium deſignatur: columna præuia ignis & nubis:doctrina vtiq; noui & veteris teſtamenti.Nos ſaltem interim putationis tempore pacifice præſtolemur: vt cum rectores eccleſiarum ſedibus temporalibus deſtituti corruerint: ad paupertatis arcem humilius conſcendamus.Replebitur enim terra equis idolis: & metallis ſpiritualibus iniquitate corrupta:vt quos non potuit nouus Pharao poteſtate deprimere:ſaltem rerum prodigalitate corrumpat. Vnde dicitur. ⌊Ecce turbo domini furor egrediens in capite impiorum conquieſcet⌋. Prælati enim turbabuntur in die illa:quia contra illos furor ille rumpet imperii:vbi voluerunt per ſuperbiam reluctari. ⌊In nouiſſimo (inquit) dierum intelligetis ea⌋.Primus dies eſt primus Eſai. 28. ſtatus:ſecundus eſt medius:tertius nouiſſimus:in cuius initio dabit auditui intellectū vexatio.Semper enim dierum iſtorum initia plena fuerunt doloribus. Nam ibi filii iſrael fuerunt opræſſi ab ægyptiis: ſecundo apoſtoli a iudęis,Nūc quoq; a falſis chriſtianis affligentur electi:vt ſciant quia non niſi per violentiam diripitur regnum dei. Quod autem ſequitur in propheta deſolatione Iſrael ſiue ad græcos referatur ſiue ad religioſos:ſpeciale eſt gaudium non commune.Et quidem ipſis promittitur ſic.

Capitulum. xxxi.

A⌊Dhuc ornaberis tympanis tuis & egredieris in choro ludētiū⌋. Nota ⌊Tympana⌋ſpiritualiter viri ſunt deſideria carnis & ſæculi fugientes.⌊Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ⌋.⌊Samaria⌋deſignat orientalem eccleſiam:⌊montes⌋ſedes epiſcopales & cænobia:⌊vinea⌋electorum propagines:quæ & doctrinam Petri proferant: & ſuas ineptias derelinquant. Futurum eſt quidem vt Romana eccleſia in eis ſedes patriarchales reſtituat:vt compleatur illud. Oporteat Ieſum tranſire per Samariam, & tenendam fidem eccleſiæ illibatam. Luce 17. ⌊erit dies in qua clamabunt cuſtodes in monte effraim⌋.⌊Mons⌋ quo ⌊aſcendatur in ſyon⌋ Romanam eccleſiam ad quærendum ⌊deum⌋ in fide non ficta. ⌊Hinnite contra caput gentium⌋ ad græcos infertur: vt Romanæ eccleſiæ ⌊capiti gentium⌋ ex viſione lætentur & ⌊exultent.⌋ Textus autem tangit conuerſionem filiorum iſrael. Sed reuera ſpiritus tranſmittit ad græcos. Nota Poteſt ſane referri ad ſpirituales viros reuelandos in proximo: qui & temporalia reſpuant/& ſpiritualia conſtruant:vt &⌊tympani⌋reſonent prædicando: & ⌊plantentur vineę⌋ animas conuertendo: & ſic perfectorum exempla ſectantes:⌊cuſtodes fiant⌋mentium,& eloquii miſtici ſcrutatores. ⌊Ecce adducam eos de terra aquilonis⌋, ſcilicet totius imperii: ⌊& congregabo eos ab extremis terræ⌋ gentis incredulæ: ⌊inter quos erunt cæcus⌋ mente ⌊& claudus⌋ fide: ⌊& prægnans⌋ ope:⌊& pariens⌋in dolore⌊ſimul cæcus magnus reuertentium huc.⌋ Puto ego ⌊cæcos⌋ laycos: ⌊claudos⌋ clericos: ⌊prægnantes⌋ religioſos:⌊parientes⌋magiſtros: ⌊reuertentes⌋ iudæos/& alios errore ſubuerſos.⌊In fletu venient⌋pœnitentiali:in pręcibus ⌊miſerationis reducam eos:& adducam eos per torrentes aquarum⌋ſcripturarum ſpiritualium di

fertores[in viam rectam]ſalutis:[& non im⸗
pingēt in ea:]vt excidāt vel offendat:[quia
factus ſum iſraeli pater:& effraim primoge⸗
Nota nitus meus eſt].[Iſrael]eſt contemplatiuus:
[effraim]actiuus.Reuera[in iſrael]Ioēs orien
tales eccleſiæ intelliguaſ:ſed[effraim].ſ.Cō
ſtātinopolitana ſedes quam caput oīum ſta
tuerūt:vt ſit prima ſedes quę vltima digno⸗
ſciſ ſtatione.[Audite verbum dñi gentes:&
annūciate in inſulis quæ ꝑcul ſunt/& dicite.
Qui diſperſit Iſrael cōgregabit eum:& cu⸗
ſtodiet eum/ſicut paſtor gregem ſuū:]ex con
uerſione grecoꝝ ad vnitatem eccleſię gentes
alię aīatę fidem ſuſcipiēt:vt ab erroribꝰ ęgy
pti viam iuſtitię cōprehendāt:[& cōfundat
ad bona dñi ſup frumento]doctrinę[vino]
pœnitētię:[oleo]gratię:[fetu ouis & armen
ti]religioſę conuerſationis.[Vox in excęlſo
Mat audita eſt lamētationis fletus & luctus Ra⸗
2. chelis plorātis filios ſuos:& nolētis cōſola⸗
ri qa nō ſunt].[Luctꝰ]eſt in laycis:[fletus]i
clericis:[lamētatio]in religioſis:[ſup quos
nō poterit cōſolari mater]eccleſia:qa nō fi⸗
lii ſunt ſed priuigni.Verū[cōſolari]nequit]
qa[luget]pro mūdi preſſura:[flet]pro cul⸗
pa.[lamentaſ]pro gehēna:[qa nō ſunt:]qui
dam enim eoꝝ abſorbentur a mundo:alii a
peccato:alii ab ęterno incēdio.In hoc loco
triplex fetus audiſ a ſpiritualibus viris[in
excęlſo]cōtēplationis poſitis.Primo pro⸗
pter preſſuram imperii.Secūdo pp irā aga
renici populi.Tertio propter malitiā erro⸗
nei vulgi.Donec cōſolatio fiat ēt tēporalr:
vt[quieſcat a lachrymis:]& eorum ſequaces
ad apoſtoloꝝ veſtigia q̄ſi[terminos reuer⸗
tantur].[Audiens audiui effraim tranſmi⸗
grātem].ad humilitatem græcoꝝ referēdū
Geñ eſt:q licet in Eſau cum viris quadringentis
33. quōdam occurrerit Iacob/populo latino⸗
rum:tñ ad humilitatem eorum humiliabun
tur & ipſi:vt intelligatur illud euangelicum
Ioã. Alias oues habeo quæ nō ſunt ex hoc ouili
10. & illas oportet me adducere:& fiet vnū oui⸗
le & vnus paſtor.[Statue tibi ſpeculam]cō⸗
templationis:[pone tibi amaritudines]af⸗
flictionis:ne velut vaga filia gręcorum ec⸗
cleſia doctrinę carnalis[delitiis diſſoluaris]
[Creabit dñs nouum ſuper terram:fœmina
circūdabit virum.Adhuc dicent verbum
iſtud in terra iuda:cum conuertero captiui⸗
tatem eoꝝ].[Fœmina]hęc Romana eccle⸗
ſia eſt:hęc[circūdabit virum].ſ.pfectos:vi⸗
ros non pueriliter viuentes:ſed in nouitate
vitæ ambulātes.¶ Nota qđ dr.[Cum con
uertero captiuitatem eoꝝ]quantum patuit
ex cōcordia:pfecto grecis redeuntibus ad fi
dem Romanæ eccleſiæ reuelabuntur in ec⸗
cleſia generali/doctores euāgelici emulātes
euangelium verbi dei.Et hoc ſit[nouū]qđ
tempore Apłoꝝ fuit Meſſis multa:opera⸗ Luc.
rii aūt pauci.Modo ꝟo multi ſuccidentur e 10.
mundo:& plures multi ſucciſores.[Semina⸗
bo domum Iſrael & domū Iuda:]gręcorum
& latinoꝝ eccleſiam:[ſemine hoīum & ſemi
ne iumentoꝝ]doctrina quæ & peritos robo
ret & ędificet imperitos:[ſemē hoīs]eſt ſpi⸗
ritualis intellectus:[ſemen iumenti]hiſtori⸗
cus:niſi forte hoc deſignet doctores:& pecus
ſignificet auditores.[Et ſicut vigilaui ſuper
eos in malū:ſic vigilabo ſup eos in bonū].
¶ Hic nota ꝙ prima eſt vigilia ad corrigē⸗
dum neceſſaria.ſecūda volūtaria ad portan⸗
dū:vt prima ſit corporalis.ſecunda ſpūalis.
[Patres comederūt vuā acerbā]legē Moſay
cam:[& dentes filiorum obſtupeſcūt:]quia
legis duritiam & acerbitatem filii portare
nullatenus potuerunt & etiam imperfectis.
Sed tempore gratiæ qui comedi imponit:
[obſtupeſcit dens eius:]quia vna eſt cenſura
populis chriſtianis:vt in quo iudicio iudi⸗ Ma t
cent/iudicenſ.Quod diſtat in carnem & la⸗ 7.
pidem:id attendiſ inter legem Moyſi & le⸗
gem Chriſti:qn illa in tabulis lapideis:iſta
in cordibus carneis.[Qui dat ſolem ī lumi⸗
ne diei:ordinem lunæ & ſtellarum in lumi⸗
ne noctis].[Sol]eccleſia:[luna]ſynagoga:
[lumen diei]euangelium Chriſti:[lumen]no
ctis]lex/imperium Moyſi.[Stellæ]pro⸗
phetæ ſunt & apoſtoli:[qui turbat mare &
ſonant fluctus eius:]ſicut turbati ſunt ægy⸗
ptii in tranſitu maris rubri:& ſicut iudęi in
captiuitate Romanī imperii:ſic & modo
neceſſe eſt:vt[turbato mari:]populo chri⸗
ſtiano:[ſonent fluctus]perfectionem vn⸗
diq; aſcendentium & irruentium contra ar⸗
cham eccleſiam generalem.Datis aliis ad
reſpirationem

reſpirationem & conſolationem fidelium: quaſi ⌊ſole⌋ cõtemplatoribus veritatis. Aliis quaſi ⌊luna⌋ in commune degentibus. Aliis quaſi ⌊ſtellis⌋ prędicantibus verbum dei: deſignatis in Moyſe & Chriſto: & q̃ſi i Enoch
Apo ca.11. & Helya duobus teſtibus & ordinibus affuturis. Quod autem ⌊ædificabitur ciuitas domino:⌋ ad conuerſionem multorum referendum eſt. Nam ⌊turris Ananehel⌋ eſt vita ſpeculatiua: ⌊porta anguli:⌋ agmina crucis. ⌊extendetur quoq; vltra normam⌋. ſcilicet ad populos infideles: ⌊collis goatha⌋ principes mundi. ⌊vallis ſagarim⌋ humiles populi vel ſuperbi vel luxurioſi: ⌊cinereth⌋ cenodoxii: ⌊ſademoth⌋ auari: ⌊torrens cedron⌋ afflicti: ⌊angulus portæ⌋ hæretici: ⌊equi orientales⌋ diuites ſæculi.

Capitulum. xxxii.

ANno decimo Sedechiæ regis Iuda: ipſe eſt ãnus octauus decimus Nabuchdonoſor: tũc exercitus regis Babylonis obſidebat hieruſalẽ⌋. eccleſia Romana ab Alemanis cõſtringi͠t: ⌊& Hieremias propheta erat clauſus i atrio carceris domus regię a Sedechia⌋ S. ſũmo põtifice: ⌊quia dixerat tradendã ciuitatẽ: & ſi dimicarent aduerſus caldęos / nihil proſperum reportarent⌋. Quantumcunq; iſta ⌊hieruſalem⌋ noſtra ſe aduerſus imperium erigat: non tibi timendum eſt ad prę ſens: qa futurum eſt vt temporali gloria & culmine vitę corruat: quę humiliari ſub iugo Alemaniæ poteſtatis ignorat. Licet enim tibi dandum ſit cor ferinum contra dñi teſtamentũ: neceſſe eſt tamen vt malleo tuo conteras contumaces: interim tuis in poſteris / donec in eis durius conteraris. Et quidem pro ſeruitio quo ſeruitur dño contra græcos inſurgentibus populis contra eos: de chriſtiano populo progreſſuris: datur tibi & poſteris tuis vt inualeas in latinos. Et ſi contendant forſitan iugum ſuperuacue excutere de ceruice. Sic pro ſuperbia Regis ſiculi dandus eſt & tradendus amplius tuis votis; & poſt te aliis decor regni: vt tanto durius affligatur in poſteris: quanto coram te velut hortus crenitur voluptatis. Q d autem ⌊Hieremias clauditur in atrio; & de agri emptione monetur: data vrbe in manibus caldæorum:⌋ videtur q̧ prędicatores euangelici repellentur: & ſilentium accipient neceſſitatis: tempore quo fiet prædicatio generalis in orbe: adhibitis ſibi teſtibus aliis in proximo ſuſcitandis. Si propter iniqua ſtudia: quæ in latina eccleſia & græca ſunt reperta / tradendi ſunt in manus imperii græci pariter & latini: non tamen ceſſandum eſt a bono & prædicatione ſalutis: qua ⌊emitur ager⌋ cordium ſaluandorum: quia hoc ⌊agri⌋ pecunia ⌊ementur⌋ ideſt doctrina euangelica docebuntur: & ſi in defectum temporalium eccleſia Romana veniat & contemptum. ⌊Homo⌋ doctor: ⌊iumẽtum⌋ auditor. Quod autẽ ſequitur. ⌊Scribentur in libro⌋ in memoria futurorum. Futurum eſt vt populo prædicetur: & verbum recõdetur in ſcriptis: & imprimatur ⌊ſignum⌋ crucis: & ⌊teſtes adhibeantur⌋ duorum ordinum futurorum: ⌊in terra Beniamin⌋ ordine ciſtercienſi: ⌊& in circuitu hieruſalem⌋ terris adiacentibus Romæ: ⌊& in ciuitatibus Iudą⌋ Italicis: ⌊& i ciuitatibus montanis⌋ religionibus aliis: ⌊& ciuitatibus campeſtribus⌋ eccleſiis ſęcularibus: ⌊& in ciuitatibus quæ ad auſtrum ſunt⌋ monaſteriis & prioratibus ſub latina eccleſia conſtitutis. Quod autem intendit dominus & promittit ⌊obducere eccleſiæ cicatricem: & ędificare⌋ ſicut a principio chriſtianos / & trãſire greges ad manus ⌊numerantis:⌋ totum ſpectat ad cõſolationem eccleſiæ ſpecialem: qa neceſſe eſt vt peccatum corrigat qui vult euitare flagellum: & inde ſuſcipiat gaudium: vnde ſe nouerat emendatũ.

Cap. xxxiii

IN tempore illo germinare faciam In.33
Dauid germen iuſtitiæ; & faciet c.circa
iudicium & iuſtitiam in terra:⌋ ca h
pro ⌊Dauid⌋ Romanis præſuli nem.
bus: ⌊germen iuſtum⌋ præſtabitur / non genus impium: ſed Adæ ⌊in terra⌋ populo chriſtiano ⌊iudicium⌋ faciat de peccatis: & ⌊iuſtitiam⌋. de bonis operibus non abſcondat. ⌊In diebus illis ſaluabitur Iuda⌋ & populus chriſtianus: ⌊& iſrael⌋ ſcilicet græcus ⌊habitabit confidenter⌋ in fide: ⌊& hoc eſt nomẽ quod vocabũt eum dominus iuſtus noſter:⌋ ⌊dñs⌋ quoad potẽtiã: ⌊iuſtus⌋ quoad ſapiam

noſter]quoad miſericordiam. Tales filii ſuc
cedent patribus.[Tales ſacerdotes & mini-
ſtri]domini creabuntur: [qui ſuper harenã
maris]ſteriles ſcilicet ſęculi multipliciter cre
ſcant in iuſtis operibus[& ſuper ſtellas cœ-
li]ſcilicet clericos eccleſiæ & religioſos elu-
ceant in doctrinis.[Duæ autem cognatio-
nes quas eliget dominus]iudęorum reliquię
ſunt:& populi gentium ad fidem pariter cõ
uertendæ. Capitulum. .xxxiiii.

QVod autẽ exercitus regis caldæo
rum pugnare legitur contra hie-
ruſalem & Iudam præter Lachis
& Azecha].Alemanos indicat & alios per-
ſecutores contra Romanam eccleſiam/& la-
tinas Italiæ ciuitates : exceptis illis quæ
vel fortes populariter ſunt:vel quæ eſſe ap-
petũt i ſuis munitionibus ſingulares.¶ Spi
ritualiter[Lachis & Azecha] duos ordines
futuros ſignant:qui & fortes erunt in fide:&
in quotidiana ſubſtantia nihil habentes prę
ter victum & veſtitum tenue. Quod autem
[Sedechias] ſummus pontifex & principes
eius coepiſcopi[ſeruis & ancillis libertatem
prædicaret]e ſæculo fugientibus:& poſtmo
dum retraxerunt quos dimiſerant comple-
tis annis ſeptem]ideſt ſeptem libri ſignacu-
lis iam apertis:videant aliqui eorum ne dñ
libertatem religioſorum[in ſeruitutem re-
Gen̄ traxerint:]ipſi in captiuitatem eant. Sic oli
47. ſub Ioſeph facta eſt iudæis pietas plenariæ
Exo. libertatis.Secundo ſecuta eſt exactio alte-
12. rius Pharaonis:& ſic vnde reducere iſraeli-
tas contenderant:inde in rubri maris flucti-
bus ſunt inuoluti.Non ambigo quin ſit fu-
turum ꝙ ira dei veniat ſuper eccleſiarum re
ctores & pſides:pro eo ꝙ dei ſeruitium non
ſolum impediunt:ſed etiam adulterant ver-
bum dei.Si veterum geſta reuoluimus/& no
uorum tempora explicamus:ecce dandi ſunt
in fauces imperii mercennarii non paſtores
[inter diuiſiones vituli tranſeuntis].[Vitu-
lus]hic doctrina diſcordiæ eſt. Quanta ſit
inter eccleſiam & imperium ſciſſura ſequen-
da:iam a Normanis ducibus inchoata/pro-
ximus finis edocet:in quo ſub Alemanorum
fluctibus libertas & licentia expirabit pon-
tificum Romanorum.¶ Et nota ꝙ [Sede-
chias]ad duo diuerſa ſe gerit.Nam qui pri-
mo excuſſit iugum principis babylonis : &
poſtremo cum multis in babylonem venit.
Vnde ſi a.1200. anno itumuerint impii Ro
manorum:archa tamen eccleſiæ Romanæ
ad ſupræma conſcendet : quia non timebit
vertices fluctuum:ſed ſtabit ad iuſſum eius
etiam ſpiritus procellarum.Deniq; vero ſi-
bi prouideat/ ne quæ cœpit imperii ipſa
a cauda imperii : vel ſecundi ſtatus calca-
neo feriatur.Videſne lector ꝙ ſicut Roma-
num iperium fuit erectio eccleſiæ:ſic & mo-
do diebus iſtis nouiſſimis ſit iactura . Vnde
Ezech.Finis venit:venit finis.Finis vtiq; ſe Eze-
neſcentis eccleſiæ clericorum:& finis ſuper- ch.
bientis ſimiliter nouorum imperii caldæo- 7.
rum.Neq; proinde finis mundi : quia relin-
quetur adhuc ſabbatiſmus populo dei:vt ec
cleſia contemplantium habitet in fiduciæ
tabernaculis & requię opulenta . Nam ſicut Eſa.
primus ſtatus habuit finem in Antiocho:ſic 32.
ſecundus habiturus eſt in poſtero tuo:& reli 1 Ma
quus in Gog perſecutore nouiſſimo:licet in ch.15
prophetis ſilueſtribus longe aliud habea-
tur:cum de vita & natis eius iniquis non ſa-
tis curet eccleſia ſed dolebit tantummodo
ſub eo euerſionem cordium faciẽdam: i quo
conueniunt Merlinus ille britanicus : Eri-
thea quoq; & [Babylonica Sybilla . Sed ſi Mer
ſecundum Eritheam.60.pedes vel annos ha linus
bere deſcribitur heres tuus:quod etiam Eſa. Sy-
ſentire videtur in ſpiritu ſub figura tyri quę billa
reſpicit Siciliam equo vultu mirum quo- Eri-
modo Merlinus eum bis.5.ſcilicet decadũ/ thea
qui legis intelligas:& non centenarium ſicut Eſa.
ſomniat imperitus.¶ Præterea in.60. an- 23.
nis terminari debet afflictio iuxta prophe-
tam tam in imperio q̃ in regno. Neſcio quo
ſpiritu ducitur Erithea:vbi poſt Aquilam
primam: tuum dico hæredem ſucceſſorem
in imperio & regno ſuo aquilam ſecundam
introducat.Quod Merlinus ſubiicet : cum
in hirco futuro eius temporibus cum ip-
ſo concordet : & ipſa Aquila ſit habitu-
ra pedes vel annos. 24.& eius temporibus
plures pſeudo pontifices pontificium ęmu-
lentur . Verum quomodocunq; ſit noſtra Eze.
defleamus tempora:in quibus ſponſa agni 17.
eccleſia

eccleſia depauperabit. Et aquila prima ma⸗gnarum alarum Italiam occupabit: relictis ſucceſſoribus noſtris anguſtiis reliquis ſub altera perſecutrice aquila in ſiculorum finibus inferendis.

Capitulum. xxxv.

QVod[ vero Ionadab filius Rechab præcepit vinum non bibere filiis ſuis/nec domos conſtruere: ſed in tabernaculis habitare] ad fratrem Bernardum ſermo dirigitur: qui & monachis ſuis prædicationem & vagationem ſeu occupationem prohibuit: & eos ſimpliciter in monaſteriis ſubeſſe præcepit. Et bene filius [ Rechab ] ſubſcribitur: quia non aliam q̃ beati Benedicti regulam eſt

4.re. 25. profeſſus. Verum quia contra clericos [ Rechabitarum ]obedientia ideſt Monacorum inducitur ad elidendam contumaciam cleticorum/videant ipſi pontifices ſæculares: ne veluti cæcorum duces cum excæcatis filiis Sedechiæ in Babylonem vadant: & ſuam p tempus & tempora captiuitatem gemant. Quod autem dicitur [non deeſſe de ſemine Ionadab: ſed ſtare ſemper in conſpectu domini]: videtur q̃ Ciſtercień. religio ſit vſq; in finem ſæculi proceſſura.

Capitulum. xxxvi.

Baruch 1.c. QVod autem Baruch ex ore Hieremiæ in volumine libri ſcripſit ſermones domini patefactos]: ad futuros præcones euangelii referendum eſt: qui publice prædicabunt in libro humanorum cordium a ſe abſcondet eloquia de mũdi miſeria & ruina. Sed quia principes popu

Mat. 9.c. li: pontifices atq; ſcribæ velut vtres veteres non valentes capere eloquia nouæ vitæ: [ad deſtruendum volumen] totis fraudibus conuertuntur: & quaſi nõ plene de trinitate ediſſerant: ſed potius quantitate confundant: [& ſcalpello ſcribe]ſententia alicuius doctoris in oculis ſuis ſcioli vilipendendo reſcindãt. [Rex quidem ſedebat in domo hyemali: & poſita erat arula coram eo plena prunis]. Locus hic cum completus fuerit: tunc melius exponetur. Quia futurum eſt: vt Petrus

Ioã. 18. ſummus pontifex ad prunas ſedeat propter frigus hyemis imminentis: in quo & zelus dei deferueat: ſecundum ſcientiam & ſpiritus veritatis in viris ſpiritualibus extinguatur. Sed quid ſi ob turbationem Herodis / alterius ſummi pontificis & ſuperbi. Ieſus fugit: Mat. 2.c.

ſtella diſparet: Magus eludit. In terremotu Mat. 27.

facto in morte chriſti multa corpora leguntur ſurrexiſſe: & multis apparuiſſe. Et futurum eſt vt pro intellectu qui reuelatus eſt de myſteriis abſconditis in ſcripturis: & reſciſſus vel potius reprobatus a ſcribis huius tẽporis & magiſtris inflatis ſcientia ſæculari: multi præcones ſurgant: qui ruinam domus tam maioris q̃ minoris imperii & eccleſiæ nuncient & videant oculis ſuis ſubuerſis curribus dignitatum/& mundi principibus incredulis: & agere pœnitentiam contemnẽtibus de peccatis. Et hoc ſit quod ſequitur. Quod[ Baruch refecit volumen quod Ioachim rex iuda proterue conſumpſit ]. Sequitur.

Capitulum. xxxvii.

IGitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de egypto: & audientes caldæi obſidentes Hieruſalem huiuſcemodi nunciũ receſſerunt ]. Vtrum aũt Francorum militia deſignata in exercitu Pharaonis[ Hieruſalem ]. Romanam eccleſiam a facie [caldæorum ] Alemanorum ſcilicet excutiendo protexerit voluntate/præſtando ſibi auxilium & fauorem temporibꝰ retroactis. Ad futura magis iſte locus extenditur: cum exinanitis viribus Romanę potentiæ: & exauſtis opibus eccleſiæ libertatis per principem reipublicę & alios impios prædicatores: neceſſario francis & aliis gentibus poſitis circũquaq; videbitur eccleſia adhęrere: quod quanto diuinę voluntati & diſpoſitioni diſpliceat: ex conſilio perpenditur Hieremię: qui ſuccendendam igni Hieruſalem: & omnino inculcandam a pauciſſimis caldęorum. Et Eſa. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem: & fiducia Eſai. 30.

vmbre Egypti in ignominiam. Habet enim hoc diffidentiæ humana debilitas: vt magis confidat in homine q̃ in deo: & icirco vnde ſperat auxilium iuſto iudicio corruat: & q̃ grauiter deum offendere nititur: de ſua

temeritate cognoſcat. Certe ſi ad radicem huius mali oculos noſtros vertimus: non debet in humili Chriſto fundata eccleſia ſu-perbe & altum ſapere: ſed timere ne ſi ad tē-porales diuitias inhiet: eas velut puluerem tandem ventus reportet. Non enim res ex abundantia in fauſtū date ſunt/ſed ad vſum: & propterea fruſtra erigitur qui repente fi-nitur. Apoſtolorum tempore ſatis fuit exi-lis exclesia: ſed ſub quanto diſcrimine ſequen tes martyres extiterunt: eorum grauis an-guſtia repræſentat. Religantur doctores vel confeſſores & morti traduntur: & carce-ri ſub apertione ſignaculi tertii. Et quarto loco ſpirituales virgines/terreitas ſecta ma humetica polluerunt: ſolertia lectoris inten dit. Nunc autem quinto loco & tempore in quo eccleſia a domeſticis ſuis deprimitur: non debet in ſæculi ſubſtantia/ſed in dei po tentia gloriari. Quia & ſi fideles principes aliquid Chriſto pauperi contulerunt: non eſt conſonum, vt clericalis ordo dilatatus

Geñ. xi. ſub pace/incraſſatus ope/impinguatus ocio/ ſitate recalcitret: ſed magis ſuperfluum de-tur pauperibus: & non viris famoſis & gigā/tibus turrim conſtruentibus babyl onis. At-

Mat. 2. c. tendite vniuerſi. Aurum oblatum eſt Chri/ſto: cuius ope fugeret in ægyptum. Myrrha qua ſubiret patibulum. Thus quo deum lau daret: non quo rebellaret Herodi, vel eſſet oneri Pharaoni. Non vt delitiis vacaret & gule illecebris: non vt de acceptis beneficiis haberetur ignarus & ingratus. Moderni vi-carii Saluatoris: thus negligunt/myrrham negligunt: & aurum quærunt: vbi cum do-

Apoca. 17 mina Babylone poculum in aureo calice miſceant: & cæteros de abhominatione ſua inficiant ſectatores. Puto ego de talibus Da

Dañ. 9. nielem diſſerere. Cum videritis (inquit) abhominationem deſolationis ſtantem in

